

Threnodia Super Obitu pio & beato Viri ... Dn. Johannis Hallervordii, Civis & Sedecem-Viri primarii, Bibliopolae Rostochiensium celeberrimi Die 23. Martii sub crepusculum horae 2. placide beateq[ue] in Christo denati, & 27. eiusdem terrae demandati

Rostochii: Kilius, [ca. 1645]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777521571>

Druck Freier  Zugang



Qvistorp, J.,
in J. Hallervord.

19
Rostock, 1645.



THRENODIA
Super Obitu pio & beato

*VIRI Integerrimi, Spectatissimi multoq; rerum
usu & experientia praestantissimi*

DN. JOHANNIS
HALLERVORDII, Civis


& Sedecem-Viri primarij, Biblio-
polæ ROSTOCHIENSIVM cele-
berrimi

*Die 23. Martij sub crepusculum hora 2. pla-
cide beateq; in CHRISTO denari, & 27. eius-
dem terra demandati*

Qua

Decessum mitem & placidum
prosequuntur

FAVTORES & AMICI.



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Academia Typographica

2219



Uid iuvat assiduo corpus lassare
labore?

Quid iuvat Eos cursu petiisse calo-
res?

Visere hyperboreo concretas frigore terras
Quid iuvat, atq; omnem curis impendere vitā,
Ultima ni cœlum fuerit tibi meta laborum,
Hanc HALLERVORDI noctes currendo diesq;
Spectabas, totâ hanc sitiebas mente quietem,
Affixus lecto, hic tandem tua membra quiescūt.

Johannes Quistorpius, D. Th.

Facult. Senior, Univerf. p. t.
RECTOR.

Eheu quam fragilis vita est fallacior umbra
Cum subito casu, qua valere, ruant;
Exemplo est nobis mors insperata HALEVORDI
Paucos ante dies qui bene sanuserat;
Cuique suas mors atra manus injecit avaras
Ac corpus tumulo conteget hocce brevi.
Ergo discite mori citius generosa juventus,
Vive piè semper, nam moriturus eris.

Affectus erga piè defunctum, dum vivebat, testandi E.
inter occupationes F.

Johannes Cothman, S. S. Theol. D. & P.
Non,

NON, HALLERVORDI, docuit te copia librūm,
Pellere qui posses, vel superare necem;
Scilicet adversus mortem non pharmaca præbet
Charta, licet referat dulce Platonis opus.
Ast artem didicisse sat est tibi, Venditor artis,
Difficilem: Quid sit vivere, quid vē mori,
Hæc te cognitio perducit ad atria cæli.
Sed quid cognitio? Christus ad astra vehit.
Hoc duce per casus, & per discrimina mundi,
Perq; necem, cœli regna beata petis.
Hinc omnes perhibent: Est HALLERVORDIUS
hicce,

Mortuus in CHristo, mortuus ergo benè,

Henricus Kahne / J. D.
& Prof.

DEsunctus vitâ est pius HALLERVORDIUS, ille
Inclitus Arctoi BIBLIOPOLA fori,
Sedulitate suâ & meritis super æthera notus,
Quis seculi studiis profuit innumeris.
Tot nunc ergò Schola, tot pulpita, totq; taberna
Depositum hac letho de statione dolent;
Ipse autem placidâ compositus mente quiescit,
Inque choro superùm gaudia dia capit.
illum, donec erunt LIBRI & terra indiga habebit
Doctrina Doctos, fama loquetur anus.

Joachimus Schnobelius, J. U. D. Prof.
& Facult. Jurid. p. t. Decanus.

ET Tu? Qui contra morbos poscentibus arma,
Mille ministrabas telo prosterneris uno?

A 2

Et

Etnulla poteris medicâ relevari arte;
Scilicet invidit Medicis tua dona, diuque,
inteconceptas frustra, tandem exserit iras,
Debellans senio fractas multoq; labore,
Consumtas vires, male-nescia parcere Parca.
Sed Tibi quid noluit vir optime Parca maligna,
Sepulso terris cælestia regna petenti,

*Condolentiæ attestandæ Causa
scripsit.*

Joachimus Stockman, Med. D. & Prof.
Reip. Physf.

Tranquillum quando intrepidus mare dissecat faselus
Viamq; sulcat deinde purpuratam,
Eolio ferme velocius hac deletur Euro
Equis Eois qui negat quietem:
Vah ita mortalis, qui amabile lumen haurit aura
Vitalis, umbris occupare opacis
Cogitur: hinc nemo querulos non hauriat dolores
Amaricet cor triste maror atrox.
Ast verò horrisonos mærores ponite, castigatæ luctus,
Non corda vestra urant facies doloris
Hæredes, defunctum etenim bene jam beatitate
Frui, titillariq; scite, semper.

Fridericus Clatten, D.

Heluo librorum multorum HALVORDUS, & urbi
Atque Scholæ Rosæ memorandum erat emolu-
mentum.

Sincerus cunctis, nulli pietate secundus,
Integræ & vitæ; hinc caris quoque carus amicis.
Cujus mens superas nunc suaviter incolit arces

Inscri-

Inscripta in librum vite; Sic JOVA rependit
Pro tot mellifluis libris proprio ære coemptis
Largitisq; aliis sæpe ingratis quoque fucis;
Dania at his gaudet, Succorum & nobiſe regnum,
Prussia, Lithuani, Livonia & Anglia tellus.
Innumerisq; aliis dum mitia fata ſinebant,
Profuit, imprimis quas Baltica littora cingunt
Totas implevit meritis ingentibus urbes.
Fortunate ſenex ſemper tua fama manebit,
Aurea dum niveæ inſcribentur Biblia chartæ.

Condolentia cauſa faciebat

Michael NeuCrantz, Phil.
& Med. D.

VIR probus, Fautor moritur librorum
Atq; Promotor bonus. Ergò luget
Qui typis optat bona promoveri
dignaq; lectu.

Ultimo honori VIRI Integerrimi

M. Joachimus Lütkeſman, Eccl.
& Prof. Fac. Phil. p. t.
Decanus.

Ad piè Defunctum.

DEſpicis, adſcriptus Cælo Libroq; Salutis,
Quot capit exſcriptos Bibliotheca libros.
Condolentia ergò

M. Hermannus Schuckman/
Theol. Profefſ.

A 3

Quem

Quem Nostræ præstantem Urbi, dum vita manebat,
Civem consiliis apta senectâ dedit,
Quodq; illo curante suis consuevit alumnis
Librorum lectos olim aperire foros,
Non minus Alma suum Mater desiderat, hospes
Verè, si loquimur funere teste, fuit.
Ex hoc civis erit Solymæ cœlestis, ubi illum
Excipient stabili fata beata domo.

Testando dolori app.

M Casparus Mauritius, Log.
Prof.

Ad piè Defunctum.

Vix brumam Ver protrivit: cum morbiferum Ver
Te donat cælo verè Salutifero.
Gratulor hac, nostra quæ spes quoque mentis anhelat,
Gaudia terrenis nobiliora bonis!
Morte triumphatâ per CHRISTI funera, durum est
In terris longum vivere: dulce mori.

Supremis honoribus piè defuncti, Amici sui,
dum inter mortales vivebat, integer-
rimj hoc debebat

M. Augustus Varenius, Ebr. Ling.
Prof. Publ.

*In Funus HALLERUORDIANUM 27. Marij
productum.*

Qui per Teutonium satis HALLERFORDIUS om-
nem
Ex libris clarus BIBLIOPOLA fuit,

Per

Per pia Fata diem claudens, commertia rerum
Deserit, & terris definit esse super.
Tu, Litratorum quia Vir tam commodus esset
Rebus, communes proveheretq; suis;
BIBLIOTHECA virum luge RHODONOPOLIS illum,
Atq; sub Arctoïis condita si qua plagis;
Docta corona virum luge; Tu Musa theatris
Edis quæ tragicos carmine sæpe sonos,
Luge cum reliquis Heliconæ colentibus, illum;
In signum luctus corpora syrma tegat.
Nam vobis cunctis de commodioribus ille
Prospexit Libris, instituitq; Rudes.
Hinc quoq; Teutonium velut ejus honesta per omnem
Divulgata fuit FAMA, superstes erit.
Tu quoque VIVE DEO, COMMUNEq; PROVEHE semper,
Qui te post cineres vis superesse BONUM.

M. Johannes Stein, P. N.

E*st bene Defuncto: Non desit, utpote mæsto
Corpora brutorum funere raptâ cadunt,
Vivit adhuc, quamvis crudelibus occubet umbris,
Vivit, & æterna munera lucis habet.
Ergo te rursum nunc erige turba gemiscens,
Nec non horrissonis luctibus adde modum.
Defuncto potius gratans dic: Vive triumphans,
Et gaude vita, quæ tibi parca, bonis.*

M. Johannes Kantseler / Pastor ad
D. Petr.

Eluctu in luctum rapiunt nos fata, dolorum
Fluctibus obruimur, perpetuisq; malis.

Nasci-

Nascimur in gemitu; in gemitu consumimus ævum,
Et tandem mundum linquimus in gemitu.
Exemplo fat JANE tuo res ipsa probatur,
Concidis HALFORDI in flore, vigore tuo.
O fera Parcarum feritas! O sæva potestas
Fati! O mors robur tale tibi unde venit?
Cur tua, cur Doctis adeò est inimica potestas
ROSETI ut rapias optima quæque manu;
Non te *religio*, non te *pietas*q; fidesq;
Non movet *ingenuæ* te *probitatis* amor.
HALLERFORD etenim *Roseis* *praclarus* *Athenis*
Biblia sancta terrens, *Bibliopola bonus*;
Cui Themis, Eusebie, Pæan, Scopa, de didit olim,
Abreptus, varios differuisse libros;
Sed quid longius his indulgeo questibus æger?
Non revocat leges mors inimica suas;
Judicium Domini manet inscrutabile nobis:
Quod mutare nequis mente silente feras.
Jam potius CHRISTUM flagrantibus invoco votis,
Sit Viduæ judex, sit genitûsq; pater;

συμπάτωρ hoc ipsum posuit

M Matthias vom Bohe / Pastor
Cathar.

Felix, Angelicis, mundo minitante ruinam,
Christus Salvator quem intulit hinc choris
Hoc Hallervordi quoniam tibi conrigit, est quod
gratuler ex animo, gaudia mille precans!
Tum quoque, Solamen cum prosperitate, relinquit.
O DEUS exaudi! Tutor es atque Pater.

Ad contestandam condolentiam LMq;
M. REMBERTUS Sandhagen / ad D.
Nic. V. D. m.

Mosler

Mortis amaræ Umbra petis, ut sis compos amœnæ
Cum Christo vitæ: Mors tibi vita cluet,
Ergo sancta salus primo sub limine mortis
Lætas dat PASCHÆ concelebrare vices,
Gaude sorte tuâ hac, qua non præstantior ulla,
Hallerfordi, AGITANS Ἀγία sancta Polo.

M. Johannes Harberding.

Ach/ Ach mein wehrter Freund / wie thut Ihr so bald
scheiden

Von vns aus dieser Welt/ vnd last vns hie im Leiden/
In Bitter Leydens Pein/ weil wilde Krieges Well'n
Auff vnser Schifflein zart einstürmen das zu fell'n:
Könt ihr doch betend wol/der gleichen Rathand stehen
Für vnser Schiffleins Riß/ wenn es zu Grund wolt gehen/
Wie viel Geistliche Wehr habt Ihr dem Schiff zubracht/
Damit es schlagen kont der grossen Kezer Macht.

Ach/ Ach mein alter Freund/ wie offft thät Ihr beklagen
Die schwere Sünden Last/ die nicht wer zu ertragen
Vey der Studenten Stewr; Wie scheidt Ihr nun das
von/

Die Ihr noch ferner solt den Lastern widerstahn.
Was soll Ich aber mehr? GOTT hat euch weg genommen
Eh' Unglücks schwere Macht vns auff den Hals gekommen/
Dem habt Ihr folgen must/ vnd auch gefolget gern/
Nun GOTT sey g'lobet hoch; Mein End ist auch nicht
fern.

M. Ioachimus Schröderus
Prediger zu S. Georg.

B

JANE

IANE Deo, turbæq; DEI gratissime pridem,
Cætus Civilis non levidense decus.
Doctorum quondam monumenta insculpiæ æri
Curabas, terræ nunc monumenta subis.
Immortale typis varium & laudabile scriptum
Reddebas, sed ehem mors homicida ferit!
Hæc est mortalis vitæ fortuna, laboris
Terminus anlati est, Heus moriëris homo!
Vita Fidesq; DEO solidè commissa retorquet
Pestiferum lethum longiùs, umbra manet.
Mortuus hic Tibi CHriste priusquam ipicula sensit,
Non moritur moriens, Vivat is ergò Tibi.

Hoc voto extremum honorem exhibeb.

M. Johannes Corfinius.

Hallerfordi obitus Sexagenarii in unas
Jus habet effecti corporis exuvias.
Mens etenim superis, unde orta est, reddit a tectis
Cum DEO agit latos & sine fine dies.
Famam perpetuos & libri & liberi in annos
Extendent, cari non sine laude patris,
Cujus ad exemplum libros pars vendit & edit,
Pars indefesso lætatur ingenio.
Unde novus surget quondam Hallerfordius, omnes
Qui patria mortis discutiet tenebras,
Felix, cui tali licitum est occumbere fato,
Ut post se speret, quos genuisse velit.

Ita beatissimo amici excessui
gratulabar

M. Jeremias Nigrinus.

Ut

UT Paschale Epulum summo super aethere carpas
Quod parat Astriferi Regia sacra Poli,
Hallervordi, Animas fulgentes inter, amœnum
vivifica vitis Pascha subire queas,
Intras mortis iter, Christo Comes intimus; Ergo
Cum Christo ut moreris, sic Redivivus ovas.

Supremæ benevolentia ac condolentiae con-
testandæ ergo f.

M. Iohannes **Bischoff** / **Conr.**
Scholæ patriæ.

EPITAPHIUM

Αναγκαῦστικόν :

JOANNES HALLERVORDIUS
AH VADE, NON RUIS, ROS ILLE.

HAllervordius hâc tumuli sub mole quiescit,
Quem Rosæ lugent pulpita clara Scholæ.
Huic se Pierides tantum debere fatentur,
Quantum Triptolemo debuit ipsa Ceres;
Harum quod merces traxit per Teutonis oram,
Quâ patet Arctoi litus ad usque maris.
Dignus erat certè, seros superesset in annos,
Sed quis erit Fatum qui cohibere queat?
Est ipsi benè, dum vixit bene, nam malè vitam.
Complexu Christi claudere nemo potest.
Est nobis malè, dum nos Mantia sceptrâ fatigant,
Et pacem terris non remeare sinunt.
Pax urbes & templa colit: Pax optima rerum:
Dispereat, quisquis bella necesq; crepat.

B 3

Dispe-

Dispereant, quos spirantes immania facta
 Christicolū mentes morte necare iuvat.
 Ille magis tutus, factus novus hospes olympi,
 Nec mundi curas nec fera bella timet.
 Ille pio culvis Anagrammate sensa movendo,
 AH, inquit, mecum gaudia summa lege;
 VADE salutatam sacrata palatia cœli;
 NON RUIS, huc scandens, nam comitatus abis;
 Ipse tuus comes est, ROS est dulcissimus ILLE
 Christus in Axe meus, Christus in Axe tuus.
 Nos pro collatis pendemus alma vicissim
 Munera, quæ cineri sint alimenta pio.
 Quod superest, rutili salve nova portio cœli;
 Salve perpetuum, perpetuumq; vale.

Debita condolentia E. posuit

M. Ulricus Amsel, Rost. Can-
tor Mar.

I Amq; legant violas pueri, & primordia rebus
 Dat Phœbus cunctis, genitalia semina porcens
 Vere novo, redeunt pulchris quo gramina campi,
 Et dulces mulcent concentibus aera alaude,
 Arboribus redeunt frondes, & vivere cuncta
 Incipiunt, quando natura movetur ubique.
 Tum noster placidè Hallerfort sua lumina claudit,
 Illius & lati, quo corpora nostra resurgent,
 Expectat veris caelestia gaudia vita.

M. Michael Cobabus.

Australes referat portas nimbosus Orion
 Et Plejas orta nunciat Canentibus

Imbri-

Imbriferas clades & inutile tempus aristis
Est ergò colligenda frugum copia.
Tempore maturo: Nunc exercenda videtur
Messis serenior ubi Phœbus diem
Protulerit! Felix tristi quem tempore messor
Cælestibus reponit horreis DEUS.
O HALLERVORDI felix, jam pace quietâ
Potitus inter Angelorum cælicos
Gaudia summa Choros ducis: Nos plurimus imber
Vexare tempestate pergit, maximæ
Bellorumq; minæ, nutat pax aurea, nutat!
DEUS veni imperaq; tempestatibus.

Condolentiæ Christianæ ergò appof.

M. Matthæus Voland.

Quare animam, queris, nunc Hallervordius efflet.
Omnia vere novo dum revocant animas?
Perpetuum ver astra colunt; Ergo incola cæli
Perpetui potius tempora veris amat.

l.mq;f.

M. Johannes Cröchel,

Heu! ita vitales fugit HALLERVORDIUS auras
Expertus tetricæ spicula certa Deæ.
Parca tibi falsum est nomen, nam parcere nescis,
Monstrat spectati funus id, ecce, viri.
Mathusalemicos meritò quem cernere soles
Fas erat, & Pylis sæcula trina fenis.
Ante diem tamen ille tuis, fera morta, sagittis
Occubuit, rigidas sentiit atq; manus.

B 3

Hinc

Hinc gemit, & miseris singultibus astra laceffit
 Extinctum lugens sola marita virum,
 Deplorant natiq; patrem, popularis amicum
 Reppetit, immodicos edit & ille sonos.
 Quid tamen hic gemitus, tremuli & suspiria cordis?
 Anne licet querulis hunc revocare modis?
 Non licet, haudve decet tantos dare pectore planctus
 Christicolas; nunquam mortuus ille fuit.
 Vivit in Elysiis etenim Hallervordius arvis,
 Et celebrat sanctum voce potente DEUM.

Condol. ergo f.

Iohannes Hasberg, Osnabr.
 Westph.

UT Pater, advertens, quod mox ruet aethere toto
 Turbidus imber aquis, densisq; nigerrimus Austris
 Tempestasq; furet major, conitrag; tremiscens
 Terra, Aqvorq;, jubet tectis succedere gnatos:
 Sic Pater aeternus voluit relinquere mundum
 Ante graves plagas bellig; incendia magna
 Hallervord Nostrum aeternamq; subire quietem,
 Transit imperio JOVAE ergo, transit iram
 Et mala defugiat, qua mundo huic insuper instant,
 Transit, ast nec ante diem quoque transit, omnem
 Sed cum, quem dederat DEUS & Natura, peregit
 Cursum, perfectis, quos terra debuit, annis.
 Quin etiam misero ex mundo, non impium ad orbem,
 Aut tristes umbras, verum ad caelestia transit
 Regna atque Elysiis campos & amœna piorum
 Concilia, ut videat summum sine fine Jehovaham
 Ad faciem & miretur, amet celebretq; per avum

Hunc

Hunc abitum faustum mecum dum pectore volvo
Omniem tristitiam cordis deponere cogor,
Hæc addens pia vota ut molliter ossa quiescant
In tumba, ac animæ sint gaudia mille, tot atq;
Cum vidua gnati capiunt solatia tristes.
Hoc precor ex animo, DEUS audiat ista benignè,
Es pupillarum Tutor Viduag, Patronus
Sic Pater omnipotens cunctis solamina præbens;

Condolentèr adjecit

Johannes Harpff / Mæno-Francof.

PLangite nunc omnes, densis vultusq; rigate
Fletibus, est cordi queis pietatis opus.
Plangite præprimis, Musæ, lacerate capillos;
O Studioforum florida plange cohors.
Heu! cecidit, cecidit subitò, fugitq; sub umbras,
Qui, modò lecturis, scripta petita dabat.
Eheu! Sed vanis se carnificare querelis,
Quid juvat? haut quenquam sic revocare li-
cet.

Nemo refragari didicit fatalibus ausis:
Fata regunt orbem, funera fata regunt,
Teno nira DEI, sed mira potentia dempsit,
In patriam jussit teq; meare domum.

HERMANNUS Krüger / Megap.
S.S. Theol. & Phil. Studios.

Non ullos Lachesis fama respectat honores,
Nudaq; simplicitas & pietatis amor.

Haud

haud ulli prodest, nihil est in funere Virtus
heu! & nulli parcere Parca solet,
Vitaq; mancipio nulli datur, omnibus usu,
exemplo, JANUS, quod probat ipse suo
HALLERFORDIADES, stat certi funeris hora
Serius aut citius que sua quemq; manet;
Ergo cur dubitem, conformes omnibus esse
exequias? cunctis mors patiendæ venit.

Condolentiæ contestandæ ergo

app.

Martinus Gerdes, Rostoch.

S.S. LL. Studiosus.

DEFUNCTUS.

Quæ mihi lucra olim fuerant hæc *πίσαλα* linquo
Nil præter Christi lucra salutis habens.
Quisquis es æternam fac ut lucrere salutem,
Cælica sic Christi lucra perennis habes.

Enochus Suantenius, Gustr.

Megapol.

Instruxit vivus qui libris artis alumnos
Inferitur vitæ mortuus ipse libro.

Gottlieb Schwärze / Wism.

Megapol

Heu! offertur gelidâ tumulandus in urnâ,
Vir multis meritis & pietate gravis.
Qui, si virtutum rationem hinc possis habere,
Nestoreos annos vivere dignus erat!

Hos

Et au

Eheu! effertur gelidâ tumulandus in urnâ:
Vir multis meritis & pietate gravis.
Qui si virtutum rationem hîc possis habere
Nestoreos annos vivere dignus erat.
Nos igitur manes meritò lugemus ademptos
Et queruli tristes imus in exequias.
At Domini quicquid decrevit iusta voluntas
Hoc nobis etiam complacuisse, decet:
Ergò mæste gener, nati, cum conjuge nata
A vestris lacrimas jam removece oculis!
Defuncto interea gratamur gaudia valè,
& Atq; omnes cineri molle precamur onus!

Lugens

t.

Jacobus Dringenberg/
Rostoch.

Defunctus loquitur.

IN lucem è tenebris, in portū ex æquore vasto
Munere perveni, Christe benigne, tuo.
Aligerosq; inter felix sine fine ministros
Tergemini laudes Numinis usq; cano.
Ergo meum lacrymis cassate onerare sepulcrum,
Et potius vestras quisq; dolete cruces.
Quot curæq; graves, & gaudia vana metusq;
Spesq; agitant variis in misero orbe modis.
At jam summa dies properat gaudete: Malorū
Meta erit hæc, vitæ principiumq; novæ.

C

Quare

Quare animos Vigiles patrio convertite cælo,
Ne æternis noceat fordida cura bonis.

L. M. Q. P.

Johannes Bacmeister,
Lunæburgensis.

Perpetuo præsens vita est dignissima luctu,
Dum cunctis agitur numeris corrupta, caduca.
Est ut avis, quæ per tenuem mox aëra transit.
Ventus ut Eurus, ad occasum qui fertur ab ortu!
Ut flos qui modo odoratus erat, sed luce sequenti
Omnino mutatus & interiisse videtur
Et veluti vix nata perit quæ bulla caduca,
Hæc etenim vita ad summum dum venit acumen,
Aut decies septem, decies sive octo per annos
Perdurat, splendor non nec, est luctus & angor.
Mox nati, fletus cum non est cantio prima?
Ecquis adhuc tener, haud sentit tormenta doloris?
Nec validi magis & grandes evasimus illis,
Tunc etenim prius afficimur discrimine rerum,
Sunt curæ, spes atq; timor Syracide teste:
Est canis cum litigio atq; hominum cum stirpe maligna
Carne & cum propria nobis durissima pugna:
Hujus causa mali quid, quam contagia culpæ?
Illa Theantropus delevit morte cruenta,
Et nobis peperit summi domicilia Jhovæ;
Nullus ubi morbus, labes, sic, mors quoq; nulla;
Sed sanctus plausus, concordia, vita perennis.
Ho. um. cum Christus fons est omnisq; salutis,
Atq; fores ad supremi fastigia Cæli:
Salvus eò, stabilis qui nifus fonte salutis;

Inq;

Inq; vado, per eam portam qui cælica quærit.
 Hinc venerande parens, (etenim hunc te dicere oportet:
 Coniuge dùm longè, moestâ nunc matre, potitus
 Et simul heu patris mihi denati arripuisti
 Tute locum, pro me curas, & munera fida.)
 Esto beatus, huic qui fonti intentus ad mortem,
 Integritas actæ vitæ, est spectata cuiq;
 Sic etiam servire cuivis, prompta voluntas,
 Et horum qui fons, pietas, quæ digna foveris
 Ast opus omne DEO nostrum, ceu fordida vestis,
 Et leges quocunq; die violamus Jovæ:
 Hinc rectum; quòd ut in vitâ sic mortis in horâ,
 Moereres, hîc, te Dominum offendisse supremum,
 Sed mox arriperes meritum, sacra vulnera Christi.
 Quandoquidem, auscultare preces & biblica dicta
 Ardor summus erat tibi, nec non summa voluptas,
 Dum memor ipse tui donec tibi lumen ademptum.

O felix, qui nunc cælesti nectare gaudes.
 Felix, qui mortem nescis, luctumq; dolorem!
 Tu patronus eras meus, abs te comoda magna;
 Hinc, cur non doleam tui qui præsentis inanis.
 Sed mea sint nunquam vitæ præposita beatæ.
 Nondum desivit Dominus servare creata.
 Nactus es, quod sis, con-gaudeo, gaudia vera
 Ergo vale qui nunc sentis meliora caducis.

*Animo hac, tristem ob casum, turbatus, & aliis occu-
 patus, ruidiori Minervâ, in æternum, qui mi-
 hi Patris quòd natus loco erat observandus,
 observantia testimonium deproperavit*

Johannes Lubbertus.

C 2

Ad

Ad beatè Defunctum.

Salve HALLERVORDI, qui nunc cali in oculis arcem
Quæ dudum vitæ spes fuit una tue.

Fortunate Senex, Tibi nunc licet esse beato

Pramia virtutis percipe magna tua;

Nullus ubi belli metus est, ubi nulla fatigat

Cura animos; sancti nil ubi criste timent.

Sic anima illustri miseris è fluctibus avi

Rapta, serenantis jam bona sortis habet.

incluta sed virtus, operosaq; gloria famâ

Phæbicolis nullo est emortitura die.

Gratissima memoriæ, & debiti honoris

ergo hoc adponere l. mq;

voluit

Fridericus Schwetgius, Bregâ

Silesius, S.S. Theol. Stud.

Horrida qui metuit tetricæ vestigia mortis,
Lehtiferæq; timet tela cruenta Deæ;

Umbratiles fugit ille minas, Comitemq; fidelem,

Quæ tutum ad Cœli culmina monstrat iter;

Ac veluti pueros tenebris si clauseris, ingens

Exemplò ingenium clamor inane notat;

Haud secus Hoc sævum est, & formidabile regnum;

Quæ in contemptâ mens stabulatur humo;

Est quorum æthereus (sanctissimus incola Cœli)

Spiritus, ad patrios vult remeare lares;

Hoc terrena nihil remorantur, inutile pondus

Corporis abjiciunt, astraq; celsa petunt.

Desideratissimo Dn. Hospiti

mœstus apposui

Christophorus Fenglerus, Regimont.

Mox

Mortalis!
Si vitæ, si nostri Tibi cura est:
Heic Siste!
Transire sine flosculis, imò lacrimis;
Nefas,
Has fundas, velim. Nisi Tu,
sparsisse illos.
Secus faxis;
Sirempse legem DEUS tibi & Natura destinassint.

Ioannes Hallervordius

H. S. E.

Literarum nobilis præco
Vir ultra sublestatæ seculi tempestatem Teuto.
Titulis major, quia contempsit.
Minor Invidia, Homo scilicet fuit.
Virtuti par, arduus in hac palestra miles.
Quid pluribus?

Ita, cui tot patuere volumina,
Mors loculo involvit!
Emporium illi Literarum amplum,
Nobis commune fuit.
Omnium usibus, singulorum questibus,
Univerforum voluntati deesse,
Piaculum censuit.

Ita viventi
Rostochium, Urbs clarissima
Honores detulit.

XVI. Vir fato fungitur
Quem ad majora natura præpararat
Vixisse eum VIII. ante Kalendas Aprileis docuit

C 3

Æræ

Æræ Nostræ clb lbc XLV

Ita ergò
VIXIT!

Satur annorum, vitæ non ite
Æternitate dignus.
Ut staret firmitus, cadere cœpit.
Ne non magnus fieret, minorem mors fecit.
Tu ne putassis miserum,
Qui felicissimus nostra ridet.
Vitam auspicatus ille,
Me. Te. Illum. Nos. Vocat.
Sequimur!
Quisquis es, Viator, Ave.
Et si sapias
Ne dum moreris, moriaris:
Mori disce.
Id Te defunctus monitum volt,
idem

Qui viro optumo m. p.
Conradus Thamnitius Thoruniensis.

SCAZON.

PEccare, mos est. Mos obire fit mortem.
Quæ, nec pacisci, scire nec tuas leges
Mortalis, ardet. Scilicet suos manes
Scit quisq; si scis, cur studes averrunces,
Timesq; mortem? non sapias. quin optassis
Mori! beati quem vocant opes celi,
Si recta faxis. sin minus, catenatos
Sathan peremptum te parabit in nexu.

Cave!

Cave! videmus quem dolenter efferri
Pius, beato te monebit exemplo.

Darmer Götter? Ball/ du Staub/ du Wurm/ du
Erde/

Und fürchtestu dich daß es nicht zu zeitig werde
Wann du zur Erden sollte. Was ist in dieser Welt
So weit die tolle See der Amphitriten Feld
Das wilde Wasser/ Spiel die Bergen/ hohe Wellen
Ein Daumensdickes Haus das Schiff pflegt an zu bellen?
Daß dir die Lebens/ Lust so trefflich machen kan?
Wann du im Frühling bist/ vnd dir die Lebens/ Wahrheit
Von Götter öffnet wird; So kan dich bald das Lieben
Das Gallen/ Zucker/ Berck/ die Zauberey/ betrüben
Vnd wie dein Hencker seyn. So stehe dein junger Sinn/
Bald nach der Galathee/ bald nach der Dafne hin/
Vnd Amarillis kan aus deinem Kopff nicht kommen.
Wann denn bey reiffer Zeit das Alter zugenommen
So bistu Sorgen voll. und noch bey solcher Zeit
Da Göttes Eivers Hand die harten Straffen strewt.
Es blizt/ es pufft/ es kracht/ die blancken Spieße rasseln/
Es knallt/ es knackt/ es bricht/ weil die Carthauen prasseln/
Es donnert aus der Luft/ es donnert aus dem Feld/
Indeme Mars ihund viel Regimenten helt.
Vnd du wilt gleichwol noch viel Zeit/ viel Jahre leben
Wann nur der Todt dir drewt/ so wil es nichts als beberr
Vnd eitel Zittern seyn. weg! weg! du falsche Lust/
Du Dorn/ geheckter Weg weil du doch sterben must
So sey es dir ein Ernst/ mein Mensch/ sieh das Exempel
Man trägt jetzt unsern Freund zu Göttes seinem Tempel
Vnd senckt Ihn in das Grab/ was diesem jetzt geschicht
Das ist bey andrer Zeit auch deine rechte Pflicht.

Wolant

Wolan laß diesen Trost die matten Herzen stercken/
Das wir auch nach der Zeit mit allen vnsern Wercken
Wann der Posaunen Schall wird durch die Todten gehet
Vor Gottes Angesicht entbloßet werden stehn.

*memoria Viri de literaria re praclarissime
meriti l. m. g. de proferabam festinus*

Conradus Thammnius, Thoruniensis
S.S. Theol. Stud.

Tumulus

Viri Integerrimi & optimi de Republicâ Litterariâ meriti

JOANNIS HALLERVORDT.

Forsan quis fuerim quæres per amice Viator?
Antiqua Virtutis Homo fideiq; vocabar:
Qui transis igitur spectasq; hæc Busta, *Beati*
Certius ipse scias Te busta vidisse. Valeto.

Anno

sanCtI qVI MorIt Vr ChrIstI agnItIone beatâ
hVIC nhlL orCVs atroX feLqVenoCere po-
test.

erectus à

Christophoro Bilderbeck / Suerino-
Megap.



Gautier King



Cave! videmus quem dolenter effer
Pius, beato te monebit exemplo.

S Barmer Götter? Ball/ du Sta
Er
Und fürchtestu dich das es nicht
Wann du zur Erden sollt. Was ist
So weit die tolle See der Amphitrite
Das wilde Wasser/ Spiel die Bergen /
Ein Daumendickes Haus das Schiff
Das dir die Lebens/ Lust so trefflich m
Wann du im Frühling bist / und dir d
Von Gott eröffnet wird; So kan die
Das Gallen/ Zucker/ Berck/ die Zaubere
Und wie dein Hencker seyn. So steht
Bald nach der Galathee/ bald nach der
Und Amarillis kan aus deinem Kopff n
Wann denn bey reiffer Zeit das Alter zu
So bistu Sorgen voll. und noch bey se
Da Gottes Eivers Hand die harten
Es blist/ es pufft/ es kracht/ die blancken
Es knallt/ es knackt/ es bricht/ weil die Ca
Es donnert aus der Luft/ es donnert
In deme Mars isund viel Regimenter
Und du wilt gleichwol noch viel Zeit / v
Wann nur der Todt dir drewt/ so wil es
Und eitel Zittern seyn. weg! weg! du f
Du Dorn / geheckter Weg weil du doc
So sey es dir ein Ernst/ mein Mensch / si
Man trägt jetzt unsern Freund zu Gott
Und senckt Ihn in das Grab/ was die
Das ist bey andrer Zeit auch deine rech

